Breue sanctissimi dñi nostri dñi Leonis diuina prouidentia pape decimi ad doctores sup correctione calẽdarii pro recta pasche celebratione.

LEO PAPA X.

Vniuersis & singulis studiorum generalium & uniuersitatum rectoribus ac gubernatoribus: necnon doctoribus & magistris theologiam & astrologicam disciplinam profitentibus quarumcunq; ciuitatum terrarum & locorum ditionis christianæ ad quos præsentes peruenerint: Salutem & apostolicã benedictionẽ. Ex quo diuinæ prouidentię

placuit nos ad summi apl'atus apicẽ assumi/pro pastoralis officii cura/& sacri lateraneñ concilii celebratione: cui auctore dño p̃sidemus / inter multa & ardua / quæ in eo mature tractãda & consulte decernenda curauimus / prout in nostris lr̃is & scedulis: quas in sessionibus hactenus habitis ędidimus/satis constare putamus: ad diuini quoq; cultus augmentum atq; perfectionem/& eorum quæ collapsa in eo sunt erectionem instaurationemq; animũ adiecimus: & quoniam sæpenumero intelleximus/ idq; in sancta synodo multorum doctorum uirorum relatione fuit propositum: descriptionem calendarii in positione uernalis æquinoctii solis cursum designantis / & in cycli lunaris Aurei numeri nuncupati assignatione (quo lunæ dis cursus notatur) ex diuturnitate temporum aliquibus minutis partibus non exacte numeratis a suo recto tramite deflexisse: atq; propterea iam ab aliquibus annis rectam paschæ obseruationem (quæ ab his duobus præcipue pendet) a prima ecclesiæ institutione quandoq; declinasse. Cupientes ueritatẽ & recta super his prudentum ac doctorum necnon fidelium consilia intelligere/ac nonnullorũ prædecessorum

noſtrorum romanoꝝ pontificum ueſtigia imi-
tari: qui idem ætate ſua cum uiris ſapientibus
indagare ſtuduerunt · nos peritiſſimos theolo
giæ & aſtrologicæ diſciplinæ uiros conſului-
mus · Cunq; in eo omnes conuenire animaduer
tiſſemus/ ꝙ poſitio uernalis æquinoctii/ac de-
ſcriptio cycli decemnouennalis propter minu-
ta prædicta in uero curſu anni ſolaris atq; lu-
naris non exacte computata firmam in calen-
dario ſedem habere non poſſunt: quæ etiam
minuta in communi annorum computatione
propter tenuiſſimas & minimas particulas con
numerari non potuerunt/licet poſtea per mul-
ta temporis interualla adeo excreuerint/ut an-
nis fere mille ducẽtis qui a nicęna ſynodo de-
fluxerunt (quæ in huiuſmodi difficultatibus
paſchæ ſuo tempore quietem eccleſiæ dedit)
æquinoctium ad dies decem a prima eius po-
ſitione ſedem ſuam anticipauerit · Ac lunam
quoq; propter mutationem dicti cycli decem-
nouennalis contingit in cœlo quintam con-
ſpici/quando ab eccleſia prima denunciatur ·
Nos hæc conſiderantes / indignum eſſe pu-
tauimus: ut temporibus noſtris cum præſer-
tim ſacrum Lateranenſe celebretur concilium

error aliquis tam euidẽs in rationibus ecclesiæ sine correctione toleret/ in his maxime quę ad diuinum cultum spectant: & calendariũ a quo festa quæ mobilia & ex parte etiam quę fixa di cuntur/& ordo pene totus ac norma diuinorũ officiorum ac ieiuniorũ & aliorum multorum piorum operum dependet & regitur/a uero ordine detortum & deuium uidere: paschæq; celebritatem quæ maxima omniũ totius anni & nõ modo anniuersariũ monumẽtum dominicæ resurrectionis/sed uti parentum de sathanæ uinculis liberatoꝝ/ ita nostræ quoq; futuræ resurrectionis per conformitatẽ carnis dominicę necnon perfectæ iam fidei & gratiæ ac plenitudinis glorię/ad quam exemplo ac merito domini omnes qui in eũ recte credimus aspiramus: itemq; alioꝝ mysterioꝝ rememoratrix indicatrix & prænuntia existit/a suo loco nobis uniuersali ecclesiæ præsidentibus aberrare: terminumq; quem ei tot sanctissimi patres prædecessores nostri romani põtifices & sacrosancta uetusta concilia tradiderunt/non ex integro tenere: ipsam etiam ecclesiam quæ eruditissimis in omni scientia abundat uiris non modo ipsum errorem agnoscere/ eumq; conniuentibus ocu-

lis transire / sed a perfidis quoq; iudeis & aliis infidelibus ea de causa irrideri. Idcirco nos prę stantissimos quos diximus theologos & astro- logos ac alios plures eo⁊ similes in huiusmodi disciplinis de remedio & emendatione cõgrua cogitare q̄ districtius fieri potuit monuimus & hortati sumus: qui partim scriptis / partim dis- putationibus nobis & mãdatis nostris studiose paruerunt. Sed postq̄ res ad sacras synodi de- putationes deducta est / & crebris ac longis dis ceptationibus agitata / tum demũ difficultates quæ ex illa oriuntur apparuerunt: quas nouis- sima quoq; concilia cum defectu ipso calẽdarii inspexerunt & cognouerunt / & ut uerisimiliter credit̃ correxissent nisi grauioribus aliis rebus p̄res illi fuissent impediti. Volentes igit̃ sicuti decet / hęc omnia mature & cõsiderate decerni / ut decreta postea ac deliberata ab omnibus ob- seruentur: deuotionem uestram hortamur in domino / uobis nihilominus in uirtute sanctæ obedientiæ mandantes ut ex uobis aliquos pe ritiores deligatis & ad hoc sacrũ lateraneñ con cilium pro cõmuni causa & tam honesta ratio- ne mittatis / ut in eo cum cæteris oĩbus a quoq; regno regione principatu republica & uniuer-

ſitate uel dominio uenturis & nunc præſenti-
bus errorem prędictum & alia opportuna com-
muni conſilio accuratius diſcutiant: & reme-
dium ſalubre ad tam neceſſariam emendatio-
nem perquiratur/ & tandem uotis omnium res
ad determinationem ueram & ſinceram obſer
uationem auctore domino perducatur. Si qui
uero fuerint qui legitima cauſa impediti ad cõ
cilium uenire nõ poſſint iniungimus uobis &
mandamus/ ut omni quo poteritis ſtudio cura
& uigilãtia / re tota prius a uobis diligẽter exa-
minata atq; diſcuſſa/ quid ueſtrũ quiſq; ſentiat
& quid magis profuturum amoto ſtudio con-
tentionis iuxta ſuam conſcientiã arbitretur/ ad
nos pro decima ſeſſione calendis Decẽbris atq;
aliis ſeſſionibus ſucceſſiue tenendis diligenter
in ſcriptis tranſmittatis. Quo uero interim fa-
cilius & conuenientius omnes & uenturi & re
mãſuri rem cõſiderare & diſcutere poſſint ſum
mariũ aliquarũ propoſitionũ ſuper præmiſſis
a nõnullis ſapientibus in ſacri concilii deputa-
tionibus exhibitum mittendum curauimus/ ut
tandem omniũ propoſitis auditiſq; rationibus
exactiſſimo cuiuſq; bene inſtructi iudicio qđ
eccleſiæ populoq; chriſtiano magis expediat /

& ab omnibus in futurum teneri debeat ac ob/ seruari/ salubriter diuina ope decernere ualea/ mus. Datum Romę apud sanctũ Petrum sub anulo piscatoris die. xxiiii. Iulii. M. D. xiiii. Põ tificatus nostri Anno Secundo.

Ia. Sadoletus.